

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Vetere Clerico, Monacho, Clerico-Monacho, Libri Tres**

Primus veterem habitum: Secundus conuictum ac disciplinam: Tertius honores ac priuilegia describit

De Clerici, Monachi Vetere Institvto. Liber Primvs - Distinctus in tres Partes. In quibus, praeter veterem eorum habitu[m], multa quoque inserta de veste veterum laicorum. Breuiterq[ue] explicata singulorum origo, & antiquitas.

**Landmeter, Laurentius**

**Lovanii, 1626**

Cap. xxix. Exempla eorum qui in veste vilitatem amauerunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11007**

184 DE VETERE CLERICORVM  
quas Seneca splendidas, vbi dixit, Nec  
splendeat Toga, nec sordeat.

C A P V T   XXIX.

*Exempla corum qui in ueste vilitatem am-  
uerunt.*

**E**T si quis Sanctorum, monachorum  
quotquot retrò actis sæculis vixerat  
et reueluat, inueniet magnam sui studij  
partem in eo posuisse, ut vili, abiecto, ne-  
glecto habitu essent. *vestes nobis*, inquie-  
Historia  
Barlaam  
cap. 18.  
bat Barlaam ad Iosaphat, *ex asperis cilicij*s  
*& ouium pellibus sunt. Vetustæ omnes, & ex*  
*varijs pannis consutæ imbecillam carnem no-*  
*stram atterentes. Et iam antea adlatis exem-*  
plis docuimus veterum Monachorum.  
Tunicas fuisse frequenter aut pelliceas,  
aut cilicinas. Et si cui placent exempla re-  
cētiora, dabo vnum aut alterum. Sanctus  
In eius  
vita a.  
pud su-  
rium.  
a. Lunij.  
Norbertus candido suo ordine iam funda-  
to, ac electus in Archiepiscopum Magde-  
burgensem, tam paupere pallio vestieba-  
tur, ut cum Palatium Archiepiscopale,  
solem-

solemni pompâ, inaugurandus ingredere-  
tur , ab ostiario tanquam mendicus prohi-  
beretur. Sequuti Patrem suum primi Præ-  
monstratenses, de quibus refert R. D. Ser-  
uatus la Ruel, Tantum fuisse eis pauper-  
tatis Euangelicæ studium , *ut veterem ac*  
*clauatam tunicam potius eligerent quam*  
*nouam aut integrum. Vnde cum de nouis ve-*  
*stibus erubescerent, pannos veteres nouis ad-*  
*suebant. Neque te, Pater Francisce, præteribo,*  
*(inquit Marulus) cuius tegendo corpori tu-*  
*nica unica, & eac crassi admodum fili, impoli-*  
*tæq; texturæ satis fuit : quam pro cingulo*  
*præcinxerat funis, nodo adstrictus, ubi cōmit-*  
*tebatur, non fibulâ. hanc nuditatem tempore*  
*hyemis cuidam calumniati ac petenti, ut sibi*  
*guttulam sudoris venderes, sapienter respon-*  
*disti, eam te Christo non hominibus vendere.*  
Præclarissima quoque in huius humilita-  
tis exercitio Elizabetha Hungarica fuit,  
quæ non erubuit vilissimæ vestis scissuras  
alterius coloris pāno resarcire. Hanc cùm  
amisso marito Pater Rex in suam regiam  
reuocaret; maluit illa pannosa & mendici

Tom 1.  
Cauch.  
1,6.

*doct. 2.*

Aa habitu

## 186 DE VETERE CLERICORVM

habitu in Xenodochijs pauperibus vicerosis ministrare , quām internobiles matronas , in regiā patris domo , auro gemmisque coruscare . Et est in hanc rem lepida Vultani Episcopi Vigorniensis responsio . Quārentibus enim quare vilissimo habitu ex pellibus ouinis vteretur , cūm abundē suppeterent pelles pretiosiores , respondit : *Quod non feles Dei , sed Agnus Dei in templis cantaretur* . Et quid mirum , habitus modestiam à personis sacris ac mundi contemptum profitentibus adsumptam , cūm ea placuerit etiam viris Principibus ac summi imperij ? verissimè enim scripsit Auctor recentior , *Aliquid semper in ueste neglectus , ingenia magna ostendere* . Augustus Cæsar , ueste non temerè aliā quām domesticā usus , ab uxore , sorore , filia , neptibusq; confecta .

Rodolphus I. qui magnitudinis Austriae ,

*Imperium Oceano , famā qua terminat astris , primus fundamentum suā pietate posuit , frequenter in vulgari & griseā ueste fuit.*

Zwing  
rus thea  
tri vol. 7.  
lib. 4.

scribani  
in politi-  
zico  
Christ.  
cap. 15.  
Lipsius  
ex Suet.  
l. 2. mo-  
nis Polit.

fuit. Cumque Ottocarus Bohemiæ Rex homagium ei esset facturus monuerunt Imperatorem familiares, ut in veste Imperatoria ac splendido apparatu compareret; in tali Ottocarum aduentare, Non facio, dixit. Et quidem Ottocarus frequenter griseam vescem meam irrisit, sed nunc vestis mea grisea eum irridebit. Et fecit. Ottocarus vili illi cultui ergo aurum suum submisit, ergo ad genua accessit. non sine ludibrio: cum Imperator iussisset tentorium, in quo res gerebatur, subito pandi ergo reuelari, ut ab omnibus Ottocarus geniculans conspiceretur.

## C A P V T XXX.

Notatur Monachi ambitiosius vestiti. Reuiciuntur praetextus ergo excusatuncula, adducta vñā ergo alterā lepidā historia.

**I**Vstae igitur S. Bernardi querelæ, contra quosdā sui sæculi vaniores Monachos, qui (vt ipse loquitur) non vestitum appetebant, sed ornatum. Et cum regula mona-

*In Apo-  
log. ad  
VVilhel.  
Abbatē.  
cap. 55.*

A a 2. cho-